

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Presumptio g
cum fonte primo

In precipiti pedem porrigit qui
mensurarum suarum limitem non
attendit, et plerumque amittit quod
poterat qui audaciter ea ad que
pertingere non ualet, arripere festinat.

Gregorius libro XXVIII. moralium.

In praecipiti enim pedem porrigit qui
mensurarum suarum limitem non
attendit. Et plerumque amittit et quod
poterat qui audacter ea ad quae
pertingere non ualet arripere festinat.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 28,
10 (CCSL 143B, M. Adriaen ed.,
p.1414, ll.81-84).